

Johann Affelmann Fridericus Laurentius

Disputationum Theologicarum De Baptismo

Rostochii: Reusnerus, 1611

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737661003>

Druck Freier  Zugang



J. Affelmann.
R. U. theol. 1611.

DISPUTATIONVM THEO-
LOGICARVM

DE BAPTI-

S M O,

In Qua

DIVINA IUVANTE GRATIA

Præside

Iohanne Affelmanno

S.S. Theologiae Doctore & Professore in Aca-
demia Rostochiensis publico

Respondebit

FRIDERICUS LAURENTII Strandenſis Holſatus.

Horis à ſeptimâ matutinis.




ROSTOCHII,

Ex Typographia Christophori Reusneri.

ANNO 1661.





DE BAPTISMO.

Qui est Sacramentum Novi Testamenti *Zach. 13. v.*
1. quò homo vivus in nomine Patris, Filii &
Spiritus sancti *Matth. 18. v. 9.* aqua abluitur, *Eph. 5. v.*
26. ut regeneretur *Tit. 3. v. 5.*

Quæritur I.

SITNE UNUS SPECIE? Triplicem statuit *Baptisum Athana-*
sius tom. 2. pag. 296. immò *Baptisimos octo inculcat idem pag. 348. 348.* Hinc
ista scholasticorum. malè applicatà est è *compend Theologic. veritat. lib. 6. cap. 9. di-*
stinctio, Baptisum esse triplicem: Fluminis, Flaminis, Sanguinis. Nos ista Pa-
tribus ut *axv. x. relinquimus, hæc autem quæ scholasticorum sensum emaculabi-*
mus infra. Pontificii ita *Baptisum duplicant ut Iohannis & Christi Bap-*
tisum distinguant, quasi Iohannes Baptisum Christi tantum prænuñciavit, quasi
Baptisus Iohannis in penitentiam, Christi autem in remissionem peccatorum
exhibitus sit. Vide Concil. Trident. sess. 8. Can. 1 de Baptisum. Lombard. lib.
2. sentent. dist. 2. artic. 4. Salmeronem tom. 4. pag. 19. Barradium pag.
404. Gregor. de Valent. tom. 4. pag. 80. Bellarmin. lib. 1. de Baptisum cap.
20. Calviniseque alium faciunt internum, alium externum, externum quem mi-
nister aqua nos abluit peragat. internum quem Christus ipse per Spiritum san-
ctum & ignem in solis Electis, prout ipsi visum, perficiat: que omnia ita explicant,
ut duplicem hunc baptisum specie, tempore, efficacia & subjecto velint astru-
ctum. Vide Bezam in colloq. Momp. pag. 453. 470. in 2. part. resp. ad acta col-
loq. pag. 44. 45. 46. Hungaros in panharmonia pag. 209. 201. 202. Herbort-
nenses & Heidelbergenses passim qui ducem sequuntur hic Schædenckfeldium E-
pistolâ 74. ad Iohannem Vernerum anno 1541 scriptâ, in tomo centum epistol. pag.
503. Opponimus huic I. expressum Scripturæ essatum, quod apud Apostolum
Eph. 4. v. 5. Hinc synodus Nycæna in symbolo sic format articulum: Confiteor
unum baptisum. Nec est, ut pro Calvinisequis objiciat Tossanus cum alio anony-
mo ge-

mo geminum istum baptismum unum nihilominus manere, haud aliter atq; gemi-
 na manducatio in S. Cenà non geminum facit Sacramentum Eucharisticum.
 Nam geminam à fidelibus in S. Cenà fieri manducationem oralem & spiritua-
 lem non negamus, sed ecce Tossane, ut quater ineptus esset, qui exinde geminum
 Sacramentum Eucharisticum assereret: ita pariter ineptus, qui vobiscum è gemi-
 na unius Baptifici Sacramenti actione geminum vellet statuerè baptismum, & qui-
 dem specie diversum, temporum intervallis interruptum, efficacia & subjecto va-
 rium. II. Sic arguimus, si mors Christi una est quam Baptismus instruat, etiam Ba-
 ptismus erit unus. Propositionem hanc Orientales Patres probant è Romanor. 6. §. 3.
 Col. 2. §. 11. At mors Christi non nisi una est, semel duntaxat peracta: Mors est
 non dominatur amplius Roman. 6. §. 9. 10. Ergo & baptismus unus est. III.
 sed jubat seorsim adoriri adversarios: primum Pontificios Pharisaeos, contra quos
 Baptismus Christi & Iohannis non differre efficiente, non materia, non forma, non
 fine, sed tantum circumstantiis temporum & personarum, ut Iohannes dicatur bap-
 tizasse in passurum, Christus per Apostolos in se passum, Iohannes in resurrecturum, Chri-
 stus per Apostolos in se resuscitatum, Iohannes MINISTER IALITER, Christus
 MAGISTRALITER, tuemur. De efficiente constat è c. Ioan. 1. vers. 6. 33. Matth.
 21. vers. 25. Luca 20. vers. 2. Vnde errare Robertum colligimus, qui libro 1. de
 Baptismo non semel adfirmat contrarium, & cap. 20 ritum ait in particulari, quo
 baptizandum esset Iohanni à Deo non fuisse inspiratum. Cui hocce tres hoc loco oppo-
 nimus syllogismos quorum primus è scholà Stapletoni, II. è scholà Pighii, III. è scholà
 Capani, h. e. omnes è scholà Papali deducendo probare passimus. I. Qui Iohannem misit ut
 baptizaret, is etià baptismi à Iohanne distributi auctor est. At Deus Iohannem misit
 ut baptizaret Ioa. 1. §. 3. Ergo. II. Si baptismus Iohannis ab ipso Iohanne fuisset in-
 stitutus, fuisset ab homine. At consequens negat ipse Christus Matt. 21. §. 25. Luc.
 20. §. 2. III. Dei consilium non ab homine sed ab ipso Deo est. At baptismus Iohan-
 nis fuit Dei consilium Luca 7. vers. 30. ubi mature dispiciat quid etiam respondere
 velit M. Goclenius è Scaligero exercit. 365. sect. 8. in part. 1. controversiarum Lo-
 gicarum pag. 212. disputans, tam impiam esse vocem in divinis consilium, quam
 pluralitatem Deitatis, cum hoc loco vox ista Deo attribuat. Ergo.

De materia constat ex Matth. 3. §. 11. Luc. 3. §. 3. De forma: Nam fuit bap-
 tismus penitentiae Act. 16. vers. 4. Confer Evangelistam Lucam, qui iisdem verbis
 Iohannis baptismum descripsit Act. 19. vers. 5. quibus nostrum descriperat cap.
 26. 38. Tumultuatur quidem Bellarminus hoc loco vehementer, inde quia non ha-
 buerit invocationem Trinitatis baptismus Iohannis, quae scilicet ad formam requiritur.
 Immo Bellarmine, Iohannes baptizavit in nomine Trinitatis, quod demonstra-
 mus hoc syllogismo: In cuius nomine remissio peccatorum confertur, in eius nomine
 baptizavit, Iohannes: Quia baptismus Iohannis conferebatur in remissionem
 peccatorum Marci 1. vers. 4. At remissio peccatorum in solius Trinitatis nomine
 confertur. certum. Ergo. Addit Iesuvita & hoc: Baptismus Christi fuisse No-
 vi Testamenti, Baptismus Iohannis Veteris. Quid audio Roberte, Baptismus
 Iohannis fuit Testamenti Veteris? Ergone baptismus Iohannis respexit in Christum
 adhuc incarnandum? Vide quid doceas. Nps obycimus, tu, si potes, responde:

Si enim

Si tūc eū Iohannes ministerio fūgebat in terris. Vetus testamentum durabit, equidē Moyses & Propheta non usq; ad Iohannem, sed post Iohannem prophetarunt. At hoc falsissimum. Vide Matth. 11. vers. 12. Ergo & illud. Et de Fine certum, quia Iohannes predicabit baptismum penitentiae in remissionem peccatorum ut demonstrādimus. Quin verē aliās Iohannes Baptista non fuisse, sed Verius balnearior. cuius baptismus à purificationibus, non dicam Ethnicis. sed Legalibus & Iudaicis parum discreparet. Hic autem quia acriter contra dimicatio placuit, Roberte, tibi & aliis Iesuitis hos duos opponimus arietes. ad quos quomodo Gregorius de Valētia in primis cum affectu salvis hypothēsis respondere velit videat.

I. Si Iohannis ministeriū quoad vīdam prædicationem, quoad vocale Euangelii præcotium efficax fuit ad dandam salutis remissionem peccatorum; Conversionem & salutem, etiam eiusdem ministerium efficax citra administrationem Baptismi. Negabis connexum? At firmum hoc. Non enim sunt duo contraria Sacramenti & Verbi ministeria, sed unum idemq; est indivisum ministerium, quare unā sui parte non potest esse efficax, una inefficax nequit. At prius sic se habet Luc. 1. versu 7. Ergo. II. Vbi cūq; est fides, ibi remissio peccatorum, salus. Vide Ephes. 1. & c. In Baptismo Iohannis vero scilicet eius usu fuit Fides teste Paulo Act. 19. Ergo. III. Sed dicite nobis, viri Iesuite, anne Christus ipse cum Nicodemo agens baptismum tum vigenti renascendi virtutem tribnerit Iohannis 3. v. 3? Porro si substantia & specie Iohannis baptismus distat ab Apostolorum, Apostoli tincti fuerunt alio & specie & nostrate differente Sacramento, immo omnes quotquot Iohannis baptismate tincti, rebaptizandi fuissent. At posterius absurdum est. Ergo. Non quod pueri in sabā se reperisse hic æstimant Iesuite, aiunt enim, eos qui à Iohanne baptizati sunt, ab Apostolis esse rebaptizatos, sed quā solide, immo solidē dabit diexodus. Videamus breviter: aiunt Paulum jubere baptizari in nomine Domini duodecim viros, qui confessi fuerunt se non habere nisi Iohannis Baptismum Act. 19. Sed saltant extra chorū, nam locus ex Act. 19. huc referri nequit, utpote in quo baptismus non sumitur proprie, sed improprie pro Baptismo Flaminis, miraculose nempe Spiritus sancti effusione, quod non conjecturis, ut facit dissimiliter Gregorius de Valētia non Patrum opinionibus, quod Bellarminus, sed ex ipso contextu sic evinimus: Si ibi sermo esset de baptismo proprie dicto debuisset etiam adhiberi aquam, pars essentialis, prout factum legimus Act. 8. vers. 38. At non adhibita, ibi est aqua, sed manuum impositio, vide vers. 5. 6. 7. Ergo nec de baptismo proprie dicto ibi sermo est. II. Talis est ille baptisusus qualia Spiritus sancti dona, quae duodecim istis pro baptisimi administrationem obtigerunt. Atqui illa erant miraculosa, peculiariora loquebantur namq; linguis nobis & prophetabant v. 7. Ergo baptismus pro ratione istorū donorū miraculosus intelligi debet. Ad hoc Christus quum baptizatus ut sanctificaret baptismum, sanctificabit aut nostrum aut alienum. At non alienum; Nobis enim natus, nobis datus Esa. 9. v. 6. Vide Zachar. 9. v. 9. Luc. 2. vers. 10. Factus est nobis sapientia à Deo, & iusticia & sanctificatio & redemptio i Corinth. 1. v. 30. Ergo nostrum. Perge ulterius: Cuius Baptismum Christus sanctificabit, eiusdem Baptismum suscipit. Sed nostrum sanctificabit, Nostrum ergo & suscipit, nunc concludit: Si Christus nostrum baptismum suscipit, Iohannis ba-

ptismus

ptismū nostrō non fuit diversus, sed unus cum eo. Quare Iohannis baptismum
 Christus suscepit. At prius est. Erit ergo & posterius. Patrum sententiam pu-
 riorē ē Symbolo Nicano supra vidimus. Videamus nunc argumentum ē Pontificio-
 rum hypothesi. Si Iohannis baptismus specie differt à baptismo Christi iuxta Ponti-
 ficos Sacramenta non erunt statuenda septem novæ legis, sed octo: nempe baptismus
 Apostolorum, Eucharistia, Confirmatio, Pœnitentia, Extrema unctio, Ordo, Matri-
 monium, Baptismus Iohannis. Qui ergo sit, ut septem tantum hucusq; docueritis?
 Dicite nobis, vel dogmata vestra corrigite. Seniores Pontificii baptismum Ioha-
 nis Sacramentum esse non negant, quod nunc quidam alii id fecerunt, faciunt hoc
 ex falso principio de Opere Operato, quod confutavimus alibi. Adoriamur nunc
 & Calvinianos, qui licet baptismum $\sigma\upsilon\delta\alpha\lambda\omega\varsigma$ consideratum unum, $\kappa\alpha\tau\alpha\ \mu\acute{\epsilon}\theta\eta$ ta-
 men duplicē volunt. Externū unū propriè sic dictum, Internum alterū sic translative
 vocatum, unde etiam Externum & Internum baptismum constitutere unum totum
 baptisum educunt. Quare sic arguimus: Si baptismus externus & internus sunt par-
 tes essentielles baptismi, que constituunt unum totum baptismum, sequitur quod
 hypocrite & ex hypothesi Calvinisticæ infantes non percipiunt totum baptismum, sed
 tantū baptismi partem: Hypocrite n. iuxta scripturā non regenerantur, renovantur,
 quod requiritur ad baptismum internū, neq; regenerantur & renovantur juxta Cal-
 vini apos. At posterius absurdum, nam si totum baptismum non susciperent, essent
 rebaptizandi. II. Omne Sacramentum Nobis T. rem habet terrenam & celestē. Bapti-
 smus aque, qui exterior, seorsim dictus, & baptismus sanguinis Christi, qui interior,
 seorsim dictus, non constat re terrena & celesti. Ergo neuter horum est Sacramentum
 Nobis Testamenti. Ergo nec baptismus. III. Verus baptismus non est depositio sor-
 dium corporis. I. Petr. 3. v. 21. Baptismus Externus fatentibus & graviter incul-
 cantibus adversariis est depositio sordium corporis. Ergo non est verus Bapti-
 smus. IV. Distributio que confundit distinguenda & divellit conjungenda,
 non est proba. At baptismi in internum & externum distributio talis est. Confun-
 dit distinguenda, Effectum baptismi cum substantiā, regenerationem scilicet cum
 Baptismo ex aqua & spiritu constante, divellit coniungenda, nam soli aque & so-
 li Spiritui sancto definitio Sacramenti strictè dicti non competit. Ergo. V. Sic
 procedimus per puncta: Si Spiritus sanctus est in baptismo presens ut esse acimus
 utriusq; est ibi aut otiosus aut operosus. Non otiosus Iohan. 3. v. 5. & quemad-
 modum in creatura primā Spiritus fovebat aquas Genes. 2. vers. 2. sic & hic presens
 super aquam operatur. Si Spiritus est operosus, operatur aut seorsim, aut per
 hanc aquam. Non seorsim, id enim pugnat cum demonstratis. Ergo per aquam.
 Si operatur per aquam, spiritus & aqua in baptismo divellenda nō veniunt, ceu bap-
 tismi hætenus substantialia. At operatur per aquā, non ergo spiritus & aqua in bap-
 tismo divellenda, non ergo duplex baptismus, externus, qui aqua; internus, qui Spi-
 ritus. At inquit Beza, contrarium est in scripturis EXPRESSE I. part. 2. resp. ad col-
 loq. Momp. pag. 477. EXPRESSE Vbi verò mi Beza? ais I. Petr. 3. vers. 20. 21. Eo
 in loco Beza ait Petrum EXPRESSE baptismum, quo sordes corporis abluuntur,
 à baptismo stipulationis bonæ conscientie apud DEum per resurrectionem Iesū
 Christi distinguere. Respond. Conciliet iste hæc cum Zacharia Ursino,

quē

qui Verba Petrina explicat aperte de baptismo amico part. 1. fol. oper. Theolog. pag. 558. in defensione argumenti quarti.

II. Videamus ipsa Petri Verba à Beza allegata, sic habent: Expectabatur Dei bonitas in diebus Noë, cum apparabatur arca, in qua pauca; hoc est, octo anime servate fuerunt per aquam, cuius figure nunc respondens baptismus nos quoq; salvos reddit: quo non carnis sordes abluuntur, sed quo fit ut bona conscientia bene respondeat apud Deum. Quasumus nunc ita quæ hæc sutela: Petrus ait nos salvos reddi baptismo, quo non sordes corporis abluuntur, sed quo fit, ut bona conscientia bene respondeat apud Deum: Ergo est aliquis baptismus quo sordes corporis abluuntur? Et sine hæc iactata ista PERSPICUITAS? Baptismus est Sacramentum, non quo exhibeantur nobis corpus & sanguis Domini sub pane & vino, sed quo per aquam regeneramur: Tunc nunc concludes, Ergo sequitur esse baptismum aliquem quo exhibeantur nobis corpus & sanguis Domini sub pane & vino? Inepte. Vides Elenchum oppositorum.

Unitate Baptismi adfertà collabascit Marcionis delirium, qui tres baptismos constituit: Primum exhibendum post conversionem primam, Alterum postquam delictum sit admissum post conversionem, Tertium si post baptismum secundum peccatum commissum: Et illud alterum Hæro baptistarum, qui quoniam in dies peccamus, neminem saluum dicebant futurum, nisi singulis diebus sacro baptismatis lavacro tingeretur Quare & à Papis aliisq; hereticis substantialia baptismi retinentibus baptizatus rebaptizari non debet. Notentur rationes:

I. Si circumcisionem non licebat repetere, neq; baptismum repetere licebit, qui in circumcisionis locum successit. At circumcisionem repetere non licebat, neq; ergo baptismum.

II. Ut in hanc temporalem vitam nascimur non nisi semel, ali autem sepius necessum habemus. Sic ad vitam æternam nascimur semel in baptismo, in Sacramento autem Eucharistiæ alimur & rescimur sepius.

III. In Baptismo hoc agit Deus, ut voluntatem suam nobis demonstret, quæ, quia est *ἀεὶ καὶ ἀθάνατος*, quicquid Novitiani & Catharis videri possit, non mutatur Roman. 11. v. 29. Baptismus ergo ut repetamus, non tenemur. Ulterius sententiam nostram super hac re declarare pergemus infra.

II.

De causâ baptismi efficiente principali vel institutore dubitari nullo pretextu nequit. Est iste Christus Immanuel Eph. 5. vers. 18. Matth. 28. vers. 19. Marc. 16. vers. 16. De Causâ instrumentali Baptismum conferente maior lis est, quem ordinariè dicimus esse ministrum legitime ad ministerium Euangelii vocatum & Matth. 38 vers. 19. Queritur autem potissimum: An Laico sive viro sive mulieri in Christianâ religione rectè instituto tempore necessitatis summæ Baptismum administrare liceat? Negant acriter Calvin. inst. lib. 4. c. 20, 21, 22. Beza in colloq. Momp. pag. 435. cum sociis, quibus opponimus: I. Quod in Typo absq; errore fieri potuit, id etiam in Antitypo absq; errore fieri potest, nisi in Nomenclatore

tore sacro nobis diversum sit dictum. At in typo circumcissione hoc fieri potuit. ut cir-
 cumcissio à mulieribus fuerit administrata, à Zipporà Exodi 4. vers. 25. Mulieri-
 bus sub tyrannide Antiochi 2. Macc. 6. v. 10. Ergo & in antitypo Baptismi idem
 fieri potest. II. Quibus ordinarii docendi muneris prohibitione extraordinario
 docendi munere non interdicitur, illis etiam ordinarii baptizandi muneris pro-
 hibitione extraordinario baptizandi munere non interdicitur. Hucusq; enim mu-
 nus docendi & baptizandi conveniunt. At Laicis ordinarii muneris prohibito-
 ne 1. Corint. h. 14. vers. 34. 1. Tim. 2. v. 12. extraordinarium, cogente scilicet neces-
 sitate non interdicitur, quin publicum aliquando prophetandi & docendi locum pia
 feminas obtinuisse certum est, id quod ipsa Baptismatis administratione prædica-
 tus est: In V. Testamento Deboram Jud. 4. v. 4. Huldam 2. Reg. 22. v. 14. prophetasse,
 In Novo Annam Luc. 2. v. 38. publicè de Messia testificatam, Priscillam in viâ Do-
 mini præclarum illum Doctorem Apollon instituisse & dicente Apostolo ἀρετῆς
 ἔργου Dei viam monstrasse Actorum 18. v. 27. Videmus: Unde Apostolus suam
 εὐαγγελίον appellare non erubescit Rom: 16. v. 3. III. Idemq; docent nobiscum Pa-
 tres Tertullianus & Hieronymus, ratio autem dictorum petatur ex Augusti-
 no in libro ad Petrum Draconem capite 27. IV. An vis argumentum ex hypo-
 thesi? Concludo Ergo: Si mulier pia vel Laicus homini animam agenti remissio-
 nem peccatorum è verbo Dei annunciare æquè ac legitime vocatus potest minister
 juxta Calvinianos; equidem juxta eosdem necessitatis in puncto baptismum æquè
 administrabit. Ratio disparitatis nulla est. At mulier pia vel Laicus alius, homini a-
 nimam agenti remissionem peccatorum è verbo Dei annunciare æquè potest ac le-
 gitime vocatus minister juxta Calvinianos, Tigurinos & Genevenses. Æquè ergo
 juxta eosdem necessitatis in puncto baptismum administrabit. Ad quod argumen-
 tum ex ipsorum propriis hypothesebus extractum ut respondeant, hac vice mo-
 ventur.

Ut verò de administrante baptismum que queruntur dextrè expedire possi-
 mus primò Donatistarum, Anabaptistarum & Stencfeldianorum (quin & Pontifi-
 ciorum) sententia rejicienda est statuentium virtutem baptismi pendere à dignitate
 baptizantis, quam refutavimus disputatione superiore, Hoc loco adyicimus istud
 Augustini: Baptismus talis est, qualis est ille in cuius potestate datur, non qualis il-
 le, per cuius ministerium datur. in Iohannitract. 5. Confer eundem in Iohannitract. 9.
 Quorsum referas eiusdem cordatam vocem: Quos Iudas baptizavit, Christus
 baptizavit Tractat: in Iohannem 5. Beda ita effert ut rationem assignet, sive he-
 reticus, sive schismaticus sive facinerosus quisq; in confessione sanctæ Trinitatis
 baptizet, non valet ille, qui baptizatus est à nobis Catholicis rebaptizari, ne con-
 fessio & Trinitatis invocatio annihilari videatur. Homil. 33. sup. Matt. Chrysost. ibid.
 vide & Lombard. lib. 4. dist. 6 De iis qui ab hereticis baptizati sunt queritur tamen,
 Et quondam in urbe Roma Cornelio Episcopatum gerente, & apud Carthaginem,
 Cypriano, ambobus fide, virtute, pietate præstantibus questio hæc exorta est in
 Africa magnis partibus, An oporteat hereticos rebaptizari? Cumq; id à Cypria-
 no & cæteris penè omnibus per Africam fieri decerneretur, Cornelius & reliqui per
 Italiam

Italiam hujusmodi decretum manente sacerdotali concordia refutarunt, statuentes antiquitus à patribus regulam traditam servari debere, quæ continebat, Post abjectionem prævi & confessionem recti dogmatis SOLA eos MANUS IMPOSITIONE purgandos. Vide Eusebium libro 7. Ecclesiasticæ histor. cap. 2. Respondemus autem distinguendo. Aut enim hæresis, quæ sonat in ea Ecclesiâ, impingit in Sacramenti substantiam, aut illam relinquit salvam. De his negamus eos esse rebaptizandos, sed per manus impositionem recipiendos stetitimus cum Niceno Concilio, De illis eos rebaptizandos esse omnino adfirmamus. Sic Ariani baptizant in solo Patre vero Deo, in Jesu Christo Salvatore & creatura, in Spiritu sancto utriusq; serbo teste Hieronymo contra Luciferum, & Athanasio serm. 3. contra Arianos: quem baptismum esse verum negamus. Adponimus huc historiam scitu dignam, quæ extat apud Nicephorum: refert iste Episcopum quendam Ariantum, nomine Deuterium, more Ariatorum voluisse quendam Barbarum baptizare dicendo: Baptizatur Barbas in nomen Patris per Filium in Spiritu sancto, abolende nempe institutionis Baptismi gratiâ: sed aquam, quæ in lavacro erat subito disparuisse, & Barbam ipsum inde profugientem miraculum hoc omnibus divulgasse libro 16. cap. 35. Nimirum, sic Deus quid de Ariatorum baptismo sentiret, docere voluit. Tenendum quoq; quod si in Ecclesiâ quæ de Trinitate rectè sentit, minister quidam esset (qualis erat olim per annos aliquot Adamus Neuserus in Academia & Ecclesia Heidelbergensi) occultè Arianismum fovens, baptismus nihilominus verus est baptismus, Quia baptismus non ministri, sed Ecclesiæ bonum est, cui hoc cœni matris familias conceditum est, quæ etiam suas preces in baptismi administratione conjungit, nunquam irritas. Theodori Beza rigidam censuram improbamus, qui in quæst. & resp. quæst. 137 negat baptismum ab illegitimè vocatis collatum, esse verum. Cui Marpurgenesis, si modo videri voluit administrasse semper Baptismum, contradicent secleriter & sub formâ pœnæ: Nam I. Sic certitudo baptismi exulabit omnis, siquidem ne ipse Beza quidem scire potuit, num sacrificulus Papiæ, à quo baptizatus est, legitime sic vocatus nec ne. II. Christi exemplum testatur contrarium: Hic enim horum qui interruptâ sacerdotum legitimorum successione Moysis cathedram VI & FRAUDE occupabant Iohann. 10. vers. 1. ministerium ratione effecti adeo non improbat, ut auditores suos ed' ablegat. Matth. 23. vers. 3. Quæris ulterius, an possit aliquis seipsum baptizare? Resp. Neutiquam. I. Ita forma mutaretur baptizandi: Ego baptizo me ipsum, Cum hætenus legerimus in Bibliis, Ego baptizo te. II. Sic concludo: Si idem nequit seipsum generare, nequit etiam seipsum regenerare, utrinque contradictio: At nequit idem seipsum generare. Ergo nec regenerare, regeneraret autem seipsum, si seipsum baptizaret. Hæc de eo qui baptismum ministravit potissimum administrat, quorum in classem ipsum Christum quoq; collocat Bellarminus, affirmans Christum Baptizasse, cui opponimus istud è Iohann. 4. v. 2. Iesus non baptizabat, sed discipuli ejus.

III.

Cura omne Sacramentum constet re terrenâ & celesti, quaritur: Quæ res sit in bapti-

baptismo terrena, quæ etiam cælestis? *Rem terrenam esse aquam, Ecclesiabus-
 usq; fuit creditum. Quid alii? Seleuciani & Hermiani non aqua, sed igni
 putabant baptizandum, quibus & Iacobitas accenseas, qui aqua loco ferro candenti
 crucis figuram frontibus imprimebant innixi illo Matth. 3. vers. 11. Ipse vos
 baptizabit spiritus & igni. Vide Philast. & August. de hæres. cap. 59. Bern. Lu-
 cemb. Manichæi aquam non adhibebant, quia aquam putabant non à Deo sed Dia-
 bolo esse creatam, Contra quos Augustinus in Catalog. hæret. t. 6.. Pauliciani
 loco naturalis aqua, in baptismo illa verba substituebant Ioh. 4. v. 14. Ego sum aqua
 viva. Nec melius Marci hæretici scitantes. Carlostadius impudicissimo ore
 baptismum aqua constantem, lavacrum canum, balneum porcorum vocat Con-
 fess. Mansfeld. pag. 73. edita anno 65. Beza et alio quodvis liquore ritè posse baptizari
 asseverant à Beza volum. 3. pag. 196. Contrà, aqua necessitatem probamus testi-
 monio Christi Ioha. 1. v. 5. Pauli Eph. 5. v. 26. Petri 1. Epist. 4. v. 21. Iohannis 1.
 Can. 5. vers. 8. I I. Exemplis Baptisæ Matth. 3. vers. 6, 7, 11, 16. Marc. 1. vers.
 5, 8, 9. Luc. 3. vers. 16. Ioh. 1. vers. 26. c. 3 v. 23. Apostolorum Iohann. 3. versu 22,
 23, 26. c. 4. v. 2. Act. 3. v. 34. c. 10. v. 47 & totius Ecclesiæ primitivæ. Hinc non nisi sin-
 gulari consilio Deum aqua voluisse baptizari statui debet, ne inopia quem excusare
 posset quando apud omnes mundi incolas reperiretur aqua. I I I. Pro ele-
 mento quod promissionem sibi habet annexam substitui non debet aliud promissio-
 ne carens. Aqua in baptismo promissionem habet sibi annexam Ioh. 3. v. 5. Eph. 5. v.
 26. & alibi. Ergo pro eâ aliud promissione carens substitui non debet. IV. Baptismus
 est lavacrum aque in verbo Eph. 5. Peregrini liquoris aspersio non est lavacrum a-
 que in verbo. Ergo nec baptismus. V. Ex hypothesi adversariorum propria: Faci-
 lius possunt quævis alia omitti in Sacramento quàm pars substantialis. Hoc sensu
 sæpius firmarunt propositiones Herborenses, Genevenses. Hinc sic arguimus; Si
 in summo necessitatis casu non licet ordinarium mutare ministrum & à Laico ac-
 cipere baptismum, multò minus licet in eodè casu mutare rem terrenâ, materiam
 scilicet ab ipso institutore ordinatam. At prius non licet, sic audivimus è Calvi-
 nianis supra. Ergo nec licet posterius. Quod si etiam ista sunt retinenda, que ana-
 logicè representant optimè, quid est quod Beza aque necessitatem non
 urgeat? Triplex ἀναλογία illustris est. I. ut exteriores corporis sordes o-
 portet aquâ elui Φυσικῶς; ita interiores per aquam baptismi ὑπερφυσικῶς. II.
 Ut aquâ humum rigari & secundari oportet: ita per aquam baptismi datur Spiritus
 sanctus, per quem fructificant credentes Deo & justiciæ. Vide Ambrosium ad Ro-
 man. 6. & de initiand. lib. 1. c. 4. III. Ut aqua corporis frigidum sedat: sic estus i-
 re Dei in corde peccatoris gratiâ baptismi reslinguitur & refrigeratur. Vide Hiero-
 nyimum in 83. epist. ad Oce. Hinc rectè Niceph. lib. 3. cap. 37. Judæum arenâ
 male baptizatum aquâ scribit fuisse denuò baptizandum. Vide hic quæso Calvi-
 niani spiritus artes miras Calvinus (ut aliàs etiam Bucanus in inst. lib. 4. q. 18.) eò
 non obscure alicubi inclinât ut aquam terrestris Elementi loco unice putet adhiben-
 dam, at quod facit aliis in locis plurimis, fundamentum præcipuum, quo id probavi-
 mus è Johanne cap. 3. v. 5. nobis surripit, & ut se non nisi Typis gaudere declaret, di-
 citur christum tibi non locutum esse de baptismo, sed in illo loco non proprie ele-*

mentum aqua, sed metaphoricè Spiritum sanctum denotare, ut Aqua sit Spiritus
 S. epitheton lib. 4. in fit. c. 16. Calvinus sequitur Cinglium, Calvinum imprimis Tossa-
 nus. Expugnandum hoc est idq. his rationibus. I. Non est discedendum à ver-
 borum proprietate, nisi obstet vel articulus vel analogia Fidei, nam Theologia
 allegorica non est argumentativa. At hic ut à proprietate verborum discedamus in-
 telligentes per aquam non elementarem aquam, sed S. S. non obstat vel articulus vel
 analogia Fidei. Ergo. II. Si Christus ea quæ ex Johanne adducuntur proferens,
 respicit ad Iohannis baptismum, quem Pharisæi spreverunt Luc. 7. vers. 30. aquam
 intellexit propriè non metaphoricè, quia in baptismo Johannis erat aqua pro-
 priè dicta. At prius est. Nam scopus Christi est monere Nicodemum, ne undè
 cum ceteris sive Pharisæis sive legisperitis consilium Dei de regeneratione recusat,
 sed attutum curet, ut per baptismum Iohannis aqua & spiritu regeneretur. Ergo
 III. Sed libenter peteremus à Calvino testimonium Scripture, quo probare velit
 aquam esse in hoc Sacramento rem terrestrem, quo ad hac somnia retinuerit. Pro-
 ferat quicquid velit, respondebimus ipsius verbis: Inteligitur per Aquam Spiritus.
 IV. Ex adversariâ cohorte facium nobiscum Geneveses alii & Tigurini, immò
 Calvinus ipse contra Calvinum: Nam expressè ait in epistolis p. 377. aquam in
 verbis Christi intelligendam esse literaliter. Concilia. Porro qui aquam volunt
 retinendam nec hi eadem incedunt viâ, sed nonnulli aberrant à regiâ. Videas su-
 perstitiosos nonnullos qui aquam malunt fluvialem quàm fontanem, eò quia in
 flumine Christus baptizatus sit. Videas stolidiores mulierculas quæ superbia
 vento agitate aquam adhibeant rosaceam vel alium liquorem extractum in locum
 elementaris aquæ. Videas Pontificios, ut Scotistas postulantes aquam elementarem
 frigidam, lucidam, communem, vulgarem, videas Pontificios alios Sacramenti
 huius aquam conspurcantes. Sic enim Toletus lib. 2. cap. 18. de casibus consci-
 entia & in hæc verba scribit pag. 139. Potest esse baptismus ex lixivio, brodio car-
 niuin vel piscium, quando non est notabilis mixtio ut aqua non sit. Potest etiam
 esse aqua expressa è luto, si qua exprimitur, licet sit cum terrâ. Similiter in aquâ
 sulphureâ. Et idem è Thoma concludit Gregorius de Valentia tom. 4. disp. 4.
 quest. 1. pag. 747. Sed I. Qualitas aquæ modò vera aqua sit nil derogat veritati
 substantiæ. II. Conspurcationem Toleti improbamus, nam aquam esse adhiben-
 dam mundam deducitur & è verbis Apostoli Heb. 10. v. 23. Et exemplo Iohannis
 discipulorumq. Christi aliorum, qui limpida usi aquâ, non luteâ, sulphureâ Matt.
 3. v. 11, 16. Marc. 1. v. 8. Act. 10. v. 47. Et in Ecclesiâ primitivâ etiam ex-
 tra Ecclesiâ administrabatur baptismus in fontibus & fluminibus (adeoq. aquâ
 purâ) id quod, notat Valefridus Strabo de reb. Ecclesiast. cap. 26. hisce verbis: Scien-
 dum primò simpliciter in fluviiis vel fontibus baptizatos credentes. Sequitur:
 Quenam res ex æstis: Calvinianorum significatio, quicquid etiam Beza obten-
 dat satis detecta est, ex exploditur merito. Orthodoxi non uno modo se ex-
 plicant, sunt qui rem cælestem volunt esse verbum mandati & ὁμοιωματὸς
 Matth. 28. vers. 19. Et promissionis τῆς ἠπαγγελίας Marc. 16. v. 16. Sunt qui
 Spiritum sanctum, Sunt qui Christi sanguinem, Sunt qui S. Trinitatem, Deum
 Patrem

Patrem, Filium, Spiritum sanctum. Sic sentimus: Verbum mandati ceu causam efficien-tem. Verbum promissionis ceu finalem sequestrari hinc non posse: Nam expressè Apostolus Eph. 5. 26. Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit pro eâ; ut illam sanctificaret, mundans eam lavacro aquæ IN VERBO. Verèq; D. Augustinus: Tolle verbum, & quid est aqua, nisi aqua? trahit. s. in Job: Vide Luther: in Catechismo: maior: sed verbum partem esse materiale in baptismo, & ut loquimur rem celestè non adseveramus: Ratio, quia sic etiam verbum institutionis in Eucharistia pars est materialis; res celestis est, quod ipsimet negant, qui prius affirmant. Spiritus S. à parte celesti non excluditur, sed est verè (cum Patre & Filio) huius Sacramenti pars materialis, id quod constat è Iob. 3. 8. 5: ad quæ verba nervosè sed nõ satis, Ferus commentatur. Observa, ait, quod baptisimus nominatur à Christo spiritualis nativitas: idq; convenientissimè. Nam sicut in generatione carnali pater & mater: sic in spiritali Deus Pater, Ecclesia autem Mater. Et Deus quidem spiritum dat: Ecclesia autem aquam. De Christi sanguine dicemus sub primò de Trinitate: Quam esse rem celestem & partem essentialè alteram probamus ex verbis Christi, quæ sic habent: Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus S. Mat. 28. 19. unde re celestè in baptismo esse Trinitatè cur nõ cõcluditur? Quid nunc de Christi sanguine, quo rubere baptisimus dicit. D. August. trahit. in Iob. 11. Et ratione substantia & ratione meriti concurrere ad baptismum nemo negat ex orthodoxis, hoc a. querunt, an pars etiam sit celestis affirmamus hac ratione. Si humana natura (adeoq; & sanguis) in Trinitatis consortium est adsumpta, ut est, quia substitit in corpore verbi, quæ internâ est Trinitati, erit etiam pars celestis baptisimi. Quia Trinitas est pars celestis (materialis) baptisimi ut probavimus. At prius, ergo & posterius. Ratio est, quam ut pie mentes in timore Domini considerent, monemus. Hinc resultat nunc unio qua in usua essentialè partes mutuo sibi uniantur sacramentaliter & realiter modo imperferensibili. Unde fit ut quemadmodum aqua viribus ignis immensus calefacta non aliter quàm ignis urit: sic hæc aqua è totius Trinitatis operatione, quam sibi adiunctam habet, in divinam reformatur virtutem, quæ baptizatio corpus abstergit.

IV.

Porro FORMA baptisimi in quo consistat Controversia est. Sic sentimus: In internâ Unione, & externâ actione. Utq; exprimitur verbis Christi, quibus jubet baptizare omnes gentes in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti Mat. 28. 19. Unio sacramentalis est, quæ in vero usu partes istas quas diximus esse rem celestem & terrestrem mutuo sibi junguntur sacramentaliter. Ita, ut finiti ad infinitum hæc mira fiat proportio aquæ, ad S. S. Trinitatem, proportio non hyperbolica Durandi, non univoca Scoti, sed talis que unice verbis institutionis conformis, tota in aque officio Sacramentali, quod est, ut sit instrumentum verbo Dei segregatum, benedictum, cum quo S. S. Trinitas in his qui baptizantur, operatur regenerationem & renovationem Iob. 3. 8. 5. Tit. 3. 5. Actio ipsa absolvitur dictis & factis. Dictis, quæ Salvator prescribit Matth. 28. 19. Baptizate eos in nomine Patris

Patris & Filii & Spiritus sancti. Hinc August: Non omnis aqua mundat, sed que
 per consecrationem Domini sanctificatur lib. de Catech. cap. 3. Factis, immersione
 scilicet in aquam vel aspersione. His presuppositis & dextrè inculcatis, variis qua-
 sitionibus satisfieri potest. Errat ergo Valentini discipulus Marcus qui cum asse-
 ctis baptizavit in ignotum Deum, vel nomen ignoti Patris omnium: in veritate
 Matris omnium: in nomine descendente Iesu ad unctiorem & redemptionem &
 communionem virtutum, quem errore alii Gnosticis attribuerent solent & Marcianis
 & isnes Ariani, Paulianistæ, Cataphryges, Bonosiani & Eunomiani. Vide August.
 lib. de heres. concil. Nicen. can. 19. decret. part. 3. dist. 4. cap. 84. Errat ergo
 Zwinglius qui non esse necessariam certam verborum formam dicebat, de vera &
 fals. relig. cap. de baptism. actionem faciens è baptismo mutam. Errant ergo o-
 mnes, qui verba institutionis baptizantes mutant, quos cum Beda, Bernharde &
 Hugone tandem querant prætextus. Nec est ut obijciant ex Act. 2. v. 38. c. 10. vers.
 ult. c. 19. v. 5. ubi Apostoli leguntur baptizasse tantum in nomine Christi. Nam I. istis
 verbis non caussa baptismi formalis sed efficiens principalis Christus, qui Sacra-
 mentum hoc instituit, denotatur. II. Cum Ambrosio lib. 1. de Spir. S. c. 7. de tota Tri-
 nitate exponere non veremur, cum enim Christum dicis, & Pater à quo unctus est,
 intelligitur, & ipse qui unctus est, & Spiritus S. per quem unctus est. At retinean-
 tur verba illa, quid autem si in recitatione istorum verborum syllaba aliqua immu-
 tatur? Respondemus: Sensu manente integro & non de industria corrupto bap-
 tismum esse verum: Sicq; Zacharias Pontifex pro nato baptismum agnovit, quem
 sacrificans quidam insigni ruditate in nomine Patris, Filii & Spiritu sancta admi-
 nistrabat. Bonifacium qui eum rebaptizarat ob id culpans, decret. part. 3. dist. 4.
 cap. 86, sicq; Grecorum baptismum non rejicimus nullitatis specie, qui hac for-
 ma (si Latine reddas) baptizant: Baptizetur N. in nomine Patris, Filii & Spi-
 ritus sancti, cum Latini dicant, Ego baptizo te in nomine &c. Quare nec me-
 veremur eorum disputationibus qui solliciti; An in nomen an in nomina Patris,
 Filii & Spiritus S. baptizandum sit inquirunt. Dicimus enim id esse perinde, quia
 utraq; locutio in Scripturis S. reperitur. Illa, in nomen Matt. 28. v. 19. 1. Corinth. 1.
 v. 13. Hac, in nomine Act. 2. vers. 38. cap. 10. v. 48. Circa facta errant Ecclesie O-
 rientales, que baptismum administrari volunt tantum immersione non aspersione,
 nos Occidentales reprehendentes qui aspergimus baptizandos, idq; in capite ceu
 digniore corporis parte. Orientalibus opponimus, quod vocabulum baptizandi signi-
 ficationem habeat generalem, sub se comprehendentem ut immersionem sic aspersio-
 nem, quod & contra Calvinum lib. 4. instit. cap. 15. s. 19. Bezam Epist. 2. VVolf.
 Musculum in L. comm; Keckermannum Syst. Theolog. lib. 3. c. 8. Pistorium in weg
 weiser. Bellar. l. 1. de baptism. c. 1. observandum. Probamus I. Quia ablutiones Le-
 vitice baptismi dicebantur. Adi Leviticum Mosaicum & adde Marc. 7. vers. 3. &
 II. Quia baptizare dicitur qui largiter effundit adeoq; aspergit Act. 1. vers. 5. cap.
 2. v. 4. 16, 17. Joel. 2. v. 28. III. Quia Paulus baptismum vocat lavacrum
 Eph. 5. vers. 26. Tit. 2. v. 5. & Petrus 1. epist. 1. vers. 2. sub aspersione voce bap-
 tismum complectitur. IV. Quia idem sacra testantur exempla injuncti ali, cum,
 Act. 2. vers. 41. ter mille viri & integre quandoq; familia baptizata dicuntur,
 omnes

omnes a. immeros fuisse in aquam nunquam demonstrabit. In particularibus si-
gnificanter Act. 22. vers. 16. legitur: Baptizare; & ablue peccata tua. Ratio
autem cur asperionem non immersionem aliàs per se licitam adhibeamus est, cum
inter alias commoditates hæc potissima in locorum Occidentalium & Septentriona-
lium conditione frigidior. Utimur autem asperione & quidem trinâ respectu
non solum Trinitatis, quæ causa annotata est ab Hieronymo super Epistol. Eph. 4.
Ambrosio lib. 2. de Sacram. cap. 7. Concilio Toletano. quart. cap. 5. sed & respectu
triduanæ sepulture Christi, & resurrectionis tertio die factæ, quæ causa annotata à
Damasceno lib. 4. cap. 10. Petenti in ipso disp. actu è Syriacæ lingue, quâ Chri-
stus usus, dicitur proprietate scitu ulla Cabalam istam trinam asperionem ad-
struimus & confirmabimus.

V.

Disceptatur, An baptismus sit tantum signum regenerationem significans an &
verè vivit regenerationem organo. Negant Calvinique posterius, adfirmâtes prius,
Beza 2. part. resp. ad act. coll. Momp. pag. 113. Ursin. part. 1. vol. pag. 555. Hungari
pag. 201. Heidelbergenses in Catechism. p. 38. Sic Genevenses, Marpurgenses,
Herbornenses. Opponimus iis I. diserta Scripturæ axiomata Zach. 13. vers. 1. Job.
3. v. 5. Act. 22. v. 16. Tit. 3. vers. 5. 1. Pet. 3. vers. 21. II. Si Christus baptismum
cum nativitati naturali confert, utiq. innuere voluit, Baptismum esse verum
organon per quod homo renascatur spiritualiter. Prout enim homo per nativi-
tatem natural. nascitur ad vitam naturalem; sic per baptismum nativitatem sci-
licet spiritualem nascitur ad vitam spiritualem. At prius est Joan: 3. Ergo. III. Vel
quomodo aliàs subsistet quod Petrus contulit Baptismum cum arca Noe 1. Ep. 3. v.
20. Arca n. non nudum signum, sed medium fuit liberationis è diluvio. IV. Signum
tantum significans signato est posterius tanquam adjunctum subiecto. At bap-
tismus regeneratione non est posterior. Ergo. V. Confundit dogma hoc substantiam
Sacramentorum Veteris Testamenti & N. Test. VI. Si tantum est regenera-
tionis signum baptismus, sequitur quod maior fuerit evê. yera in lotionibus Vete-
rum. sequitur quod plus profuerit aqua Jordanis Naamo leproso 4. Reg: 5. Luc. 4. Pi-
scina Probatica agratis Job: 5. quàm hoc Sacramentû baptizatis, quod absurdissimû.
Excipiunt non doceri ab iis baptismum esse nudum signum, tantum significans, sed
quantum ad Electos esse illud medium, per quod vera bona illa interna applicen-
tur & designentur. Sic Hungari in Panharmon: pag: 279. Resp: I. Verbo-
rum timidabula sunt. Nam hæc omnia de Baptismo tantum interno explicant. II.
Infantes electi baptizati non habent fidè juxta Calvinianos tunc cum baptizantur,
Vide Bez. in 2. part: q: 11. & reprobi a. nunquam, quid ergo baptismus in iis ob signa-
bit? istud quod nō est? Pontificii regenerationis organû esse concedunt baptismû, sed
peccant interim in excessu, dicunt peccatum originis in baptismo non modo remit-
ti. sed & planè tolli & aboleri, ita ut baptizatus peccatum amplius non habeat,
Bellars

Bellarminus lib. 1 de baptis. c. 13. Hinc concupiscentiam post baptismum in renatis reliquam peccatum esse negat idem cum Pelagio apud Augustinum 7. qui videtur quomodo sibi constet, cum concupiscentiam ait repugnare legi Dei, Et tamen eam non esse peccatum, que nunquam conciliabit. Conductitius iste Rabula. I. Payba in refut. examini pag: 777 & 799, novum protrudit distinctionis monstrum. Concupiscentiam post baptismum non esse peccatum per se, sed quia ad scelera mentem inflectat, divinaq; legi contraria suadeat. Annequid potuit dici inceptius? Quasi v. r. ex arbore putrida fructus bonus & vicissim? Vide quid Christus pronunciet Matth. 7. vers. 18. Quale ovum talis pullus, dicebant Ingolstadienses tui Dn. Payba & recte. Sufficit istud quod Apostolus non modo Rom. 7. concupiscentiam istam peccatum nominet, sed & eam ita describat, ut id colligere inde sit promptissimum: privatib. 18. 19. cap: 3. v. 7. posit. ib. cap. 7. vers. 19. & 23. Peccant quoq; Pontificii in defectu, cum baptismum appellant primam tabulam post naufragium, sic ut lapsi post baptismum regenerationis illud lavacrum non profit, sed eo tantum momento quo baptizantur, volunt ergo quod gratie federe fracto alio indigemus remedio & tabula aliâ, nostra nempe contritione & satisfactione, cujus ope ad salutis portam enatemus. Vide Concil. Trident. Cap. 10. Bellar. de baptis. l. 1. cap. 18. Qui I. contradicunt Apostolo Petro i Ep. 3. v. 21. baptismum non tabulâ navis fracte, sed navi firmissima, arca nempe Noachi confertenti, & fructus divinos ibidâ baptismo tribuenti, etiam salutem animarum. II. Major fuisse efficacia Circumcisionis, cujus memoriâ David & Jonathan maximè ad-versariis presti se erigebant 1. Sam. 14. v. 6. cap. 17. v. 36. quod ἀποκ. III. Fœdus cum Deo initum respectu Dei est æternum. IV. Et ipse Apostolus Corinthiis olim perceptum baptismum sibi solatii loco proponit i Cor. 6. v. 11. E. dictis falsitas dogmatis Bellarmini cap. 6. de baptismo patescit, quando baptismum aque vult suppleri per Martyrium tam in parvulis quam adultis, quem baptismum sanguinis vocant, & per conversionem veram quoq; in adultis; hoc loco sic argumentamur: Si Martyrium & Conversio juxta Scripturam sacram dicitur supplere posse baptismum aque, fiet illud vel quia seorsim baptismi nomen proprio significato vel res de eorum altero predicatur vel quia utrumq; conjunctim tribuitur alterutri. At neq; seorsim predicatur de illis nomen seu substantia, significato proprio ipso Bellarmino satente, neq; res vel fructus, quod sic concludimus: Que non habent eandem formam & substantiam, neq; habere possunt eandem operationem. A martyrium & conversio satente Bellarmino non habent eandem formam & substantiam cum baptismo. Ergo nec operationem. Si non & hoc. Ergo nec conjunctim alterutri tribuitur. Ergo martyrium & conversio baptismum supplere non possunt.

V I.

Cum in definitione baptismi dictum sit baptismum abluere homines vivos, quaeritur distinctius De baptizandis, quinam tales merito dici possint? Responso fundatur in verbis Christi OMNES GENTES, Ubi primò occurrunt infantes. Si sunt, vel Christianorum & fidelium vel infidelium; Turcarum, Judæorum,

hoc est eorum, qui Ecclesiam non habent Matrem. Priores baptizandos esse contra Anabaptistas tuemur, à quorum errore qui se liberare Calviniani velint, mature dissipiant, Nam I. Si infantes non sunt capaces partis substantialis baptismi non erunt baptizandi: qui enim non capit partem multò minus capiet totum. At infantes non sunt capaces partis substantialis baptismi juxta Calvinianos. Vide Bez. 2. part. resp. ad coll. Momp. pag. 122. Et in prefat. 1. part. resp. pag. 22. Et 23. Ergo juxta eosdem infantes non erunt baptizandi. II. Inanis Ceremonia in Ecclesia adhiberi non debet, etiam juxta Calvinianos reformatores. At baptismus infantum juxta Calvinianos est inanis ceremonia, quia Sacramentum absq̃ fide utentis est inanis Ceremonia, infantes à iisdem non habent fidem III. Qui emundatione à peccatis nullà indigent, non sunt baptizandi. Quorsum enim ait Calvinista? At infantes fidelium parentum nullà indigent emundatione à peccatis juxta Calvinianos, dicunt n. istos nasci sanctos, Beza passim, Et alii, pro eo quod Paulus dicit eos esse τῆς ὄψεως filios iræ Eph. 2. v. 3. Ergo juxta Calvinianos non erunt baptizandi. Quid ergo est quod Beza tot folia, Martyr tot paginas, Piscator tot dissertatione, alius in eadem schola alias super alias scriptiones pro Pædobaptismo protulit? Sed neq̃ Anabaptistis modo, sed Et Calvinistis, sed Et Arianis novellis, sed Et Pontificiis in colloquio nupero Ratisbonensi à Bellarm. lib. 1. de baptis. c. 8. gannientibus, Pædobaptisum neq̃ expresse in Scriptura tradi, neq̃ evidenti ratione inde deduci posse sine Ecclesia Pontificie auctoritate, hos è sacro Codice opponimus arietes: I. E mandato generali Matth. 29. v. 19. Marc. 16. v. 14. Matth. 18. v. 14. II. Ad quos pertinet federis promissio, ad eos etiam federis obsignatio. Constat id è relati Et Correlati connexion. At promissio federis pertinet etiam ad infantes Gen. 17. v. 10. Explicante Petro Act. 2. v. 38. 39. Ergo etiam obsignatio. Ergo baptismus. III. Si isti, qui sub diluvii tempus servari voluerunt, arca necessarii fuit ingredienda: etiam infantes extra casum necessitatis erunt baptizandi ut salventur. Quia ista servatio typus fuit baptismi 1. Petr. 3. v. 21. At prius est. Ergo. Et similiter. Si Israelitæ omnes per mare rubrum ambulantes baptizati in nube Et mari dicuntur absq̃ ullo discrimine ætatis, etiam in Novo Testam. vitam æternam ingressuri absq̃ discrimine ætatis (adeoq̃ Et infantes) sunt baptizandi. Nam Et hic transitus fuit typus nostri baptismi 1. Corinth. 10. v. 2. At prius est 1. Corinth. 10. v. 1. Exod. 14. Ergo. Adde Iohann. 3. v. 5. IV. Idem constat è Circumcisione. Nam Judæorum infantes in Testam. Veteri circumcidebantur. Et V. Lutheri argumentum dicimus esse firmissimum, quo sic concludit in part. Postill. Ecclesiast. p. 184. Si infantes (παῖδες) Patrem agnoverunt, sequitur eos esse baptizandos. At prius est è Iohan. 1. Ep. cap. 2. v. 13. Ergo. At inquit Anabaptista, Pædobaptisum destitui omni exemplo in sacris literis. Respond. Esse hoc falsissimum. Vide Act. 16. v. 33. Actor 18. v. 8. 1. Cor. 1. v. 16. II. Pone non esse, Et quere vicissim ab Anabaptista ut monstrat tibi exemplum Scripturæ explicitum, quo adstruere possit feminis esse porrectam Cenam Domini. Attende queso quid diculus sit? Obtendit mandatum, Bibite ex hoc omnes: tu vicissim alterum, Baptizate omnes gentes Obtendit toti Ecclesie Corinthiaca cenâ esse porrectâ. tu vicissim esse Et toti familie porrectum baptismum è locis adanctis. Non effugiet, Sed vero si exemplis agendum,

obten-

obtendunt aliud; Christum non in infantia, sed etate adultâ esse baptizatum con-
 eludunt, ergo & nobis illud esse imitandum. **R. I.** Argumenti huius nulla potest dari
 connexio. **II.** Cur Christus adultâ demum etate baptizari voluerit, ejus rei habuit
 rationes quæ nobis non sunt: Nam cum baptismus tempore pueritiae Christi non-
 dum fuerit in Ecclesiam Dei inuensus, Christus illum non suscepit, sed tunc demum
 quamprimum fuit in Ecclesia institutus. **III.** Hac ratione Anabaptistis expe-
 ctandum esset ad annum usq; tricesimum, at hoc non faciunt. **IV.** Sic retorque-
 mus: Si Christus in infantia fuit statim circumcissus, baptismus autem circumci-
 sioni successit, utiq; homines non in etate adultâ, sed in ipsa infantia sunt baptizan-
 di. At prius est. Luc. 2. 9. 21. Ergo & id, quod posterius. Accedit chorus Patrum u-
 niversus, quod tantum abest ut negent Anabaptistic, ut potius contra eum sylum di-
 rigant. Quod si quaesieris: At infans quem mater totum eniti nequit, a-
 qua in nomine S. Trinitatis sit aspergendus, Negativè respondemus. Ratio: Re-
 natus non potest quisquam nisi natus sit, regeneratio de eo dici potest quem gener-
 tio præcessit Joh. 3. 9. 5. Vide Isidor. de sum. bon. l. 1. At isti infantes nondum sunt na-
 ti, non possunt ergo renasci. Sed & eos baptizandos esse existimamus, de quorum
 baptismo dubitatur, etiam infantes inventitios ut ut scheda adjecta nulla
 testium adhibitorum factâ mentione clam baptizatos esse adserat, etiam si contin-
 gat, ut in casu necessitatis usurpatò baptismo, muliercule trepidantes quasi adse-
 rant, nescire se quid egerint, quâ materiâ formâve verborum use fuerint, absq;
 curiosa ministrorum Ecclesie inquisitione infantem istum putamus baptizandum.
 Quomodo enim aliâs peccatâ frueretur conscientia, quomodo habebit quod Satana
 telis ignitis masculè opponat? Neg. tamen Pontificiorum sententiæ adspulamur,
 qui istos baptizant, sed hac formâ: Si baptizatus es, te iterum non baptizo: Si verò
 non baptizatus es: Ego te baptizo in nomine &c. Vide Catechism. Rom. de ba-
 ptism: & Toletum de cas. conscient. pag. 141. Nam hoc modo incertitudinem
 declinans incidet in eam, non enim potest fieri, quin vel procedens vel subsequens
 baptismus dubius reddatur & incertus: Hicq; locum tenes pia vetustatis regula,
 Non potest dici iteratum quod ita nescitur esse factum. Vide Lutherum tom.
 8. Jenens: German. pag. 52. Porro infantes verè baptizatos fidem habere adfir-
 mamus, idq; ex iis quæ diximus ad quest. 5. Contradicunt magno conatu Cin-
 gliani cum Anabaptistis in coll. Franckenthalensi. Beza resp. ad att. coll. Momp.
 p. 99. & alibi. Martyr in locis comm. pag. 326. Mustylus in locis è pag. 240. 336.
 Calvinus autem in suspensò relinquit in inst. lib. 4. c. 19. §. 19. Accedunt Ariani no-
 belli ut Schmaltz. in Cathedes. Pontificij fidem quidem habere concedunt
 verò eam dicunt esse non actualem, sed habituales, Bellar. lib. 1. de baptismo. cap. 10.
 & seqq. Unde commune istorum postulatum emergit: infantes tantum in fide pa-
 rentum & Ecclesie baptizari: Beza coll. Momp. p. 485. 495. compend. Theolog. Se-
 rit. lib. 6. c. 9. p. 434. Contra I. traditâ & pusilli in Christum credunt. Marc. 9. v. 24:
 Matt. 18. vers. 6 Infantes sunt traditâ & pusilli Ergo. Excipit quidem Beza
 loco citat: & repetunt ex eo Hungari in Panharmonia pag. 217. Christum ab-
 legat: loc. loqui de puerili non etate sed conditione, hoc est. de adultioribus piis quæ
 mundi iudicio parvi appellantur. Respond. I. Lucas hoc at expressè τὰ ἑξ ἡ τὰ
 traditâ

paucis. Ergo non intelligit adultiores. 2. legitur quod in vlnas sumpserit, anne adu-
tos? 3. Neq. aliter sentit Calvinus lib. 4. cap. 16. §. 7. Bucan. insit. Theologic.
47. pag. 637. II. Infantes in baptismo aut induunt Christum aut non in-
duunt. Si non induunt, Pauli ἀξιωματικὸς vacillaret, Quicumq. in Christum baptiza-
ti, Christum induistis Galat. 3. §. 27. Absurdum. Si induunt, Ergo & Fidem per
baptismum accipiunt, ut eā Christum induant: Fide enim stamus Rom. 11. §. 20.
III. Fedus inter Deum & hominem iniri potest nisi per Fidei mediū Heb. 11. §. 6. At
inter Deum & infantes fedus initur in baptismo 1. Pet. 3. §. 21. Ergo per fidei mediū.
E infantes Fidem habent sequitur. IV. Adulti regnum celorum possidebunt prout
infantes Marc. 10. §. 15. At adulti id possidebunt solā Fide Hebr. 2. vers. 4. Rom.
3. vers. 28. Ergo & infantes. V. Idem docent August. tom. 3. de peccator. me-
rit. & de baptis. parvul. lib. 1. cap. 15. Bern. Homil. 6. Pentec. & in 8. cap. Iob.
Salom. in proverb. Salom. Be. in loc. sentent. ex hypothesi idem colligitur:
Universa Ecclesia significatione generaliore, constat ē credentibus & incredulis. At
infantes baptizati non pertinent ad incredulos, attestantibus Pontificiis, Arianis,
Calvinianis. Ad credentes ergo. E Beza verbis idem concludi potest, que ta-
lia sunt part. 2. resp. ad act. colloq. Momp. pag. 101. Assentior quog. ait tribus istis, ut
certissimis & immotis enunciatis: Ad infantes in Ecclesia corpore natos pertinere
regnum celorum; neminem ingredi in regnum celorum, nisi in Christo iustifica-
tum; neminem nisi solā Fide in Christo justificari. Heccine concedis Beza?
Concedas ergo & hoc argumentum ē tuis hisce verbis contra te extructum oportet:
Quicumq. ingrediuntur regnum celorum, habent Fidem. Quidam infantes
baptizati ingrediuntur regnum celorum. Habent ergo fidem. Concilia. Sed
habeant dices, habent non nisi habitualem, non actualem, sic enim tacite concludi-
tis cum Pontificiis, scribitis infantes habere Fidem potentiā non actu, non habere
habitu(m) (terminus mutatur Pontificiis res retinetur) sed semen Fidei. Ut au-
tem semen tritici, quamvis semen sit, cum in terram projicitur, dicitur triticum: Ita
etiam semen Fidei posse appellari: Fideles esse eos eodem modo quo pra-
dicti ratione, non quod jam ratiocinari possint, sed quod mens ipsis sit, quā quan-
do per etatem licuerit, ratiocinentur re ipsa. Lege hæc apud Frisnum solum.
1. Theolog. pag. 220. Heidelbergensis in der goldenen Leiter in dec andern
sprossen pag. 21, 79, 80, 83, 202. Hungaros in Panharmonia p. 214. At hæc distin-
ctio non est I. Scripturæ tum II. Actualis Fides est que apprehendit Christum &
salvat, apprehendere hæcenus est agere (Lampadio est pari mirā Theologia & Phi-
losophiā) At infantum Fides apprehendit & salvat, ut probatum. Actualis ergo
ergo. III. Qui laudant Dominum, vincunt mundum, & Actualem Fidem ha-
bent. Certum. At infantes per initiationis Sacramentum in sedus suscepti lau-
dant Dominum vs. 3. §. 3. vincunt mundum Iob. 5. §. 4. Actualē ergo fide habent. IV.
Quid videtur de exemplo Baptiste Iohannis Luc. 1. vers. 41. 44? V. Cūm
dicitur infantes habere Fidem potentiā, hoc dicitur eos capere aut pro potentia
remota que opponitur actui tam primo quā secundo, aut propinqua que est a-
ctus primus, & opponitur saltem actui secundo. Si posterius idextrē intelli-
genda

gendo consentimus, si prius Verba datis viri Calviniani sine rebus, sic non esset quo in-
fantes nostri beatiore dicit possent quam condemnari Sydonii & Tyrii, quos con-
verti potuisse Christus adfirmat Matth. 11, vers. 21. Utiq; si non actu habent
Fidem, nec actu accipiunt Fide regnum celorum. Nam actu aliquid ab eo acci-
pi quod nondum est actu, contradictionem implicat. At prius. Ergo & posterius?
si Jēbōyov. Nec exemplum de semine quadrat ut constet partim edictis, partim
in disp. actu vol. Dom. sumus demonstraturi plenius. Ex hypothese Calvinistica sic re-
ctē concluditur: In quo est Spiritus sanctus, is actu habet Fidem, ait Crellius in
schola Calvini in logicis doctrinā de predicamentis. At juxta Calvinianos in
infantibus est Spiritus sanctus. Habent ergo actu juxta eosdem Fidem. Immo
ē dictis: Ut infantēs habent rationem sic & Fidem, dicunt Calviniani, At habent
rationem actu non dūcunt tantum, aliās enim dūcunt tantum essent homines.
Ergo & Fidem. Et Theologicum spiritum non sapit, quod de aliena Fide eos garri-
re diximus. Nam hoc ipso & Scripturæ, & rationi & sibiipsis repugnant. Scriptu-
ræ, ubi legimus: Justus suā Fide vivit Habac. 2. Rom. 1. & 4. Corde creditur ad
salutem ait Paulus Rom. 10. Nemo autem credit alieno corde Ezech. 18. Ratio-
ni: Nam si aliena incredulitas neminem condemnat, nec, aliena Fides salvat a-
liquem. At aliena incredulitas neminem condemnat. Ergo nec aliena Fides ali-
quem salvat. Sibiipsis: Sic enim Pontificii, toties ut loca citare pigeat, non Fide
aiunt aliena aliquem salvari, nisi quatenus opus bonum atqui hoc respectu hic non
consideratur. Beza etiam satis apertē in q. 726. resp. & quæsi: parentum fidem
infantibus imputari, quasi aliena Fide credentibus, non minus falsum esse scri-
bit, quā si quis dixerit posse quempiam alienā animā vivere aut alterius sapientia
sapere. Concilia. Queritur & hic, quid de infantibus sed non extra Ecclesiam natis,
si summo aliquo casu necessitatē exclusi absq; baptismo obierūt sentiendū? Nimis rigi-
dē Gregor. de Valent. tom. 4. pag. 315. eos omnes vult damnari, unico casu excepto,
si nempe interficerentur pro Christo. Vide & Bellar. l. 1. de Sacram. bapt. c. 4. qui de
limbo quoq; philosophatur, & Jesuitas in recens habito coll. Ratisbonensi sess. 1. Con-
trā statuumus necessitatē baptismi non esse absolutam sed ordinatam. Idq; fa-
ciunt ut alia argumenta tum in primis *μὴ ἀρκούντες* Dei incircumcisos Judæorum
non rejicientis Act. 13, vers. 18. tum & (quod notandum) Davidis filius ex Bethsa-
bea ut maximē incircumcisos obiit apud damnatos non fuit, nam ad eum se
certo venturum testatur David 2. Samuel: 12. v. 23. Itemq; exemplum Ieronis
Luc. 23. Exempla sanctificatorum in utero matris Luc. 1. sed utq; Dei cum poste-
ris fidelium initum Gen. 17. v. 7. Esa. 49. v. 25. Act. 2. v. 39.

De infantibus infidelium extra Ecclesiam, Judæorum & c. Si in infantili ætate
Ecclesie vel à parentibus conversi vel aliis Christianis, in quorum plenā potestate
veniunt, qui loco ipsorum spondeant offerantur, sacro hoc lavacro omnino asper-
gendos esse statuumus. Aliās tenentes hic istud, quod & multis aliis in controver-
sibus baptismum esse bonum Ecclesie, adeoq; extra vocatorum cætum jus non habet. De
adultis furiosis cum queritur, distinctē respondemus eos vel certo s. Item tempore
per intervallā furore corripi, vel perpetuō sano sensu privatos esse. De priorib; adfir-

172. 171. 176

namus, de posterioribus, aut à prima natiuitate tales sunt, quod si ita, pro infantibus habendi sunt & baptizandi, aut aliàs à sana mente amouentur, negrecolliguntur ad sanctorem, ibi iudicium faciendum esse ex voluntate ipsorum, dum sane mentis fuere, statuimus. De dormientibus Emmanuel Sa in Aphorismis delirare videtur Aphorismo 10. pag. 16. qui ne pereat Thomam adeat in 2. secund. quæst. 113. artic. 1. & part. 3. quæst. 68. art. 12. eiusque rationes si potest (poterit autem nunquam) falsis hypothesis refutet. De baptismo hypocritis collato quid sentiendum sit, & Hubero respondendum, patet si inter substantiam quam accipiunt integram, & finem quo seipos fraudant, distinguas. Fundamenta sententiæ sunt Iohann. 1. v. 12. cap. 3. v. 5. 2. Ioh. 5. v. 1. Rom. 3. v. 17. Tit. 3. v. 5.

VII.


Hic de Ceremoniis baptismi dicendum. Ista quæ Papisicam olent superstitionem damnarunt nostræ Ecclesiæ publicè, damnamus & nos. Retinemus tamen alias quibus Calvinianus MELIORIZANS spiritus infestissimus est. Primum principale agitur circa exorcismum, quò iste spiritus vult impiù & Anbalanic dicentibus Diabolicum, nos eum ut pote verbo Dei negi, mandatum nec prohibitum, ab Ecclesiâ primitiua (rumpantur rices Calviniani) in regionibus usurpatu quam plerimus retinemus. Vide Cyprian. l. 4. Ep. 7. ad mag. Gregor. Nazianz. in orat. de bapt. Ambr. lib. 1. de Sac. c. 5. Aug. lib. 1. de pecc. mer. c. 34. lib. 2. de nupt. & concupisc. c. 18. lib. 1. c. 20. Optat. Milevitan. contra Parm. l. 4. eumque multas piæ commonesactiones continere statuimus.

Quid autem Dn. Iohanni Munbero *zur Vorlage* videtur de hoc syllogismo: Qui exorcismum improbant, non sunt A. Confessionis socii. At Calviniani exorcismum improbant. Nōbit hoc E. non sunt A. C. socii, quia conclusio ipsi directè est opposita. & quæ falsam esse peculiari libello demonstrasse voluit? Propositionem syllogismi negabis? proba: Articulus XV. confessionis August. aut loquitur de ritibus in Ecclesiis A. Conf. receptis aut non: Si posterius dicitur, iniurius es in ipsa articuli verba, nam de eo quod non est non editur confessio, iniurius in ipsos confessores atq. adeò & P. Melancht. quorum hic scopus erat, publicè exhibere quasi omnibus, & docere quæ doctrina, qui ritus in protestantium Ecclesiis usurparentur. Si prius, est argumentum inuictum: Illos ritus articuli dicti August. Confess. approbat, qui in Ecclesiis August. Conf. tum erant usitati. Atqui Exorcismus tum fuit usitatus, ut constat ex historis. Ergo dictus iste articulus Exorcismum approbat, Ergo, qui improbant, à Confessione August. secedunt. Ergo non nisi iniquissimè Exorcismi, quasi vel non reperiatur in A. Confess. vel cum ea pugnet à novellis reformatoribus Politico-Theologis in orthodoxis Ecclesiis abrogatio instituitur, id quod est concludendum.

IX.

Lampadi: Si regenerationis lavacrum obsignatur baptismo, sequitur idem obsignari seipso, quia baptismus est lavacrum regenerationis ad Tit. 3. vers. 5. At iuxta te, M. Iohannem Lampadium, regenerationis lavacrum obsignatur baptismo censur. p. 112. Ergo sequitur idem obsignari seipso. Absurdum! Madus? Si regenerationis lavacrum obsignatur baptismo, obsignatur putamine, quia sacramenta aïs esse putamina Cen p. 44. At regenerationis lavacrum tibi obsignatur baptismo. Ergo putamine, Tu perge, & videbis absurdi tatum sentinam.

XIII.



gendo consentimus, si prius verba datis viri Calviniani sine rebu
 fantes nostri beatiore dicit possent quam condemnati Sydonii
 verti potuisse Christus adfirmat Matth. 11, vers: 21. Utiq
 Fidem, neq. actu accipient Fide regnum caelorum. Nam act
 pi quod nondum est actu, contradictionem implicat. At prius.
 et Jēdoyov. Nec exemplum de semine quadrat ut constet pa
 in disp. actu vol. Dom. sumus demonstraturi plenius. Ex hypothe
 ste concluditur: In quo est Spiritus sanctus, is actu habet Fide
 schola Calvini in Logica doctrina de praedicamentis. At ju
 infantibus est Spiritus sanctus. Habent ergo actu juxta eos
 e dictis: Ut infantes habent rationem sic & Fidem, dicunt Cal
 rationem actu non dicitur tantum, alias enim duobusque tam
 Ergo & Fidem. Et Theologicum spiritum non sapit, quod de
 re diximus. Nam hoc ipso & Scriptura, & rationi & sibi ipsi
 ra, ubi legitur: Justus sua Fide vivit Habac. 2. Rom. 1, & 4
 saltem ait Paulus Rom. 10. Nemo autem credit alieno con
 ni: Nam si aliena incredulitas neminem condemnat, neq. a
 liquem. At aliena incredulitas neminem condemnat. Ergo
 quem salvat. Sibi ipsi: Sic enim Pontificii: toties ut loca ci
 aiunt aliena aliquem salvari, nisi quatenus opus bonum atq.
 consideratur. Beza etiam satis aperte in q. 726. resp: & ig
 infantibus imputari, quasi aliena Fide credentibus, non
 bit, quam si quis dixerit posse quempiam alienam animam vivere
 sapere. Concilia. Queritur & hic, quid de infantibus sed non
 si summo aliquo casu necessitatis exclusi absq. baptismo obieru
 de Gregor. de Valent. tom. 4. pag. 315. eos omnes vult damnari
 si nempe interficerentur pro Christo. Vide & Bellar. l. 1. de S
 limbo quoq. philosophatur, & Jesuitas in recens habito coll.
 tra statuimus necessitatem baptismi non esse absolutam sed
 ciunt ut alia argumenta tum in primis pro provida Dei in
 non rejicientis Act. 13, vers: 18. tum & (quod notandum) I
 bea ut maxime incircumcisus obiit apud damnatos non fu
 certu venturum testatur David 2. Samuel. 12. v. 27. Item
 Luc. 23. Exempla sanctificatorum in utero matris Luc. 1.
 ris fidelium initum Gen. 17. v. 7. Esa. 49. v. 25. Act. 2. v. 39.
 De infantibus infidelium extra Ecclesiam, Iudaeorum &
 Ecclesia, vel a parentibus conversis vel aliis Christianis, in quo
 veniunt, qui loco ipsorum spondeant offerantur, sacro hoc
 gendos esse statuimus. Alias tenentes hic istud, quod & mul
 baptismum esse bonum Ecclesia, ad eos extra vocatorum cae
 adultis furiosis cum quaritur, distincte respondemus eos ve
 per inserualla furore corripi, vel perpetuo sano sensu privati

